



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

Titvlvs XXV. De officio primicerij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

**TITVLVS XXV.**  
DE OFFICIO PRIMICERII.

**Q**uem alii Primicerium appellant, eod quod in cerata tabella primum locum post Archidiaconum & Archipresbyterum obtineat, alii vocant Scholasticum, Cantorem, seu Praecentorem: Officium illius describitur in *c. uni. h. t.* Et si in Ecclesia illa praeminentiam habeat

inter alios Canonicos, ita ut illos ratione officii sui in Choro, Capitulo, Processionibus praecedat, dignitatem seu Personatum habere dicitur, quod idem de Thesaurario, Custode, Succentore dendum est.

**TITVLVS XXVI.**  
DE OFFICIO SACRISTÆ.

**S**acrista in aliis quibusdam Ecclesiis Thesaurarius dicitur; ejus curæ omnis sacrorum vasorum, vestimentorum

Ecclesiasticorum, luminum comparandorum, & totius Thesauri Ecclesiastici cura commissa est, juxta *c. uni. h. t.*

**TITVLVS XXVII.**  
DE OFFICIO CUSTODIS.

**C**ustos est quasi Minister Sacristæ, & ideo illius officium facillè ex prioris titulo colligitur, & ex duplici hujus

tituli capitulo ac *extravag. quia custos. uni. h. t. inter communes.*

**TITVLVS XXVIII.**  
DE OFFICIO VICARII.

**V**icarius in genere dicitur, qui viceterius gerit, in cujus locum, aucto-

ritate legitimâ substituitur. Sunt autem Vicariorum duo genera. Alii dicuntur Vica-